



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 21. Nogareti libellus contra Papam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

Antissiodorensis & tu mihi dedistis Roma ^{Sæcul. XIV.}
abeentes in Franciam. Quapropter Car- ^{A. C. 1303.}
dinali scribimus nos his responsis haud
contentos esse: sciasque, nisi Rex ea
corrigat, nos illi spirituales temporales
que poenas, prout nobis visum fuerit, ir-
rogatus.

§. XXI.

Nogareti libellus contra Papam.

In gravescente in dies causa Rex Philip-
pus in Parisina regia sua Lupara con-
ventum habuit 12 Martii anno 1302, Bo-
nifacii pontificatus nono, indictione pri-
ma, nimirum anno Christi 1303 ante Pa-
scha. Congressi sunt quinque Praefules *Diff. p. 56.*
tempore Archiepiscopi Seronum, &
Narbonis, Episcopi Meldanu. Niverni-
nus, & Antissiodorensis; Carolus Vale-
siae, ac Ludovicus Ebroicarum Comites,
Regisque fratres, Robertus Burgundiæ
Dux, & multi alii consulto accerliti: Rex
ipse aderat: cui Guilielmus Nogaretus
Eques ac legum Professor obtulit libel-
lum, & viva voce pronunciatum reliquit.
Hic sermonis instar per locum scripturæ
ex more illius temporis inchoatus solen-
nem continebat accusationem Papæ Bo-
nifacii redactam in hæc quatuor capita:
I. Contendo eum non esse Papam; se-
dem perperam occupare, & malis arti-

Hist. Eccles. Tom. XXII. K k bus

Sæcul. XIV. bus adiisse. II. Esse hæreticum mani-
A.C. 1303. festum. III. Vitiatum nundinatione fa-
crorum tam horribili, ut palam dixerit
se non posse committere mercatum la-
cilegum. IV. Coopertum denique in-
numeris noxis atrocibus, iisque adeo
induratum, ut nullum correctioni locum
relinquat, nec tolerari possit amplius sine
disturbatione Ecclesiæ.

Quocirca summopere peto, Teque o
Rex, ac vos Præfules, Doctores, & quo-
quot adestis. obsecro, ut Principes Prä-
fulesque, præsertim Cardinales adhor-
temini ad convocabandum concilium ge-
nerale, in quo post hujus miseri damna-
tionem Cardinales Ecclesiæ de pastore
provideant, & ego meam accusationem
persequar. Interim, cum hic homo su-
periorem non habeat, a quo declaretur
exclusus functionibus, posco, ut in carce-
rem mittatur, & vos cum Cardinalibus
Ecclesiæ Romanæ Vicarium constitu-
atis, omnem schismatis occasionem tol-
lendi gratia, donec habeamus Papam.
Hoc idem, o Rex, a te postulat primum
conservatio fidei; tum dignitas regis,
cujus est exterminare omnes improbos;
præterea juramentum, quod dixisti de
protegendis tui regni Ecclesiis; deni-
que tuorum antecessorum exemplum,
quod te adstringit ad liberandam ab op-
pressione Romanam Ecclesiam.

Diff. p. 615.

Guillel-

Guilielmus Nogaretus erat vir Nobilis ex Occitania, anno 1294 Nemauſi judecūt.XIV.
dex Major, dein a Rege ad plura gravis A.C.1297
momenti negotia adhibitus; & hoc ipso
anno 303 sigilli regii Custos factus.

§. XXII.

Papa Albertum Austriacum agnoscit

Regem Romanorum.

Interim Papa Boni acius contra Regis
Philippi potentiam se muniendi ini- Raym. 1303.
tiūm fecit a reconciliatione gratiae cum n. 1.2. Et c.
Alberto Austriaco, dum eum agnosce-
bat Regem Romanorum. Ut vidimus, Sup. S. 4.
duobus abhinc annis ejus electioni pa-
lam adversatus, eundem vocaverat re-
bellem Domini sui, Regis Adolphi in-
terfectorem; quæ res tribus Electori-
bus ecclesiasticis cruentum acciverat bel-
lum. Modo Papa confitebatur Alber-
tum concordibus electum suffragiis Ro-
manorum Regem, & Aquisgrani coro-
natum quinque propemodum annis au-
thoritatem regiam exercuisse. Sed an-
tequam diploma confirmationis ederet,
Albertus ad eum Procuratores misit in-
structos litteris patentibus, quarum hæc
erat summa: Profiteor per Sacram Se- Raym. n. q.
dem tum Imperium Romanum, cum tra-
deretur Carolo Magno, a Græcis ad Ger-
manos

K k 2